BERNARDUS CLARAEVALLENSIS
Österreich, 12. Jh. Seite 106r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26359
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mali in ea ee putent et ab ea nom ueritatis abiudicent. et in suas te
nebras libidine inseparabili refugiant. Septimus contemplatio. et in
ipsa ueritatis uisione mansio. Possunt et sic appellari. de corpore.
per corpus. circa corpus. ad se ipsa. in se ipsa. ad dm. ap dm. Possunt et h m.
Pulchre de alio. pulchre per aliud. pulchre circa aliud. pulchre
ad pulchrum. pulchre in pulchro. pulchre ad pulchritudinem. pulchre apud
Nunc uero limatior accedat intentio. ad explicandum xxv. pulchritudinem.
Nenodatius. de studiis discere amantium quod ignorant. ac
primum quia rem prorsus incognitam amare omnino nullus potest.
diligenter intuendum est. cuiusmodi sit amor studentium. i. non iam sci
entium sed adhuc scire cupientium. quamquam doctrinam. Et in his quippe
rebus [illegible] in quibus non uisitate dicitur studium. i. ardens atque
instans uoluntas. solent existere amores ex auditu. dum cuiusque
pulchritudinis fama. ad uidendum ac fruendum animus accen
ditur. quia generaliter nouit corporum pulchritudines ex eo quod pluri
mas uidit. et inest intrinsecus. unde approbetur cui forinsecus inhi
atur. Quod cum fit. non rei penitus incognitae amor excitatur. cuius
genus ita notum est. Cum autem uirum bonum amamus. cuius faciem non uidi
mus. ex noticia uirtutum amamus. quas nouimus in ipsa ueritate.
Ad doctrinas autem cognoscendas. plerumque nos laudantium at
que predicantium accendit auctoritas. et tamen non breuiter impressam
cuiusque doctrine habemus in animo notionem. nullo ad eam discen
dam studio flagraremus. Quis enim sciendae uerbi gratia rethoricae.
curam ullam impenderet. nisi ante sciret. eam dicendi esse sci
entiam. Aliquando et ipsarum doctrinarum fines auditos expertos ue
miramur. et ex hoc inardescimus facultatem comparare discen
do. quam ad eos peruenire possimus. tanquam si litteras nescienti
dicatur. quandam esse doctrinam. quam quisque ualeat. quamuis longe ab
senti uerba mittere. manufacta in silentio. quae rursus ille
cui mittuntur non auribus sed oculis colligat idque fieri uideat.
Nonne dum concupiscit nosse quo id possit. omni studio circa
illum finem mouetur. quem iam notum tenet. Sic accenduntur